S.P. Seculo nostro succensendum esse mi, Doct.mme Hugeni, qui in senij li-
mine doctorum virorum copiam subnasci video; quod increvit inter
tubas lituosque nundinarum sacra tractari, mercurio latinoque
animi culturae non minus. Bona ergo spes est magnis partibus
accurrentes barbariae sisti posse si bono ingeniorum proventui
et directâ educatione in adversas datur. Te vero strenue ex-
superatoris officio incumbere, officinae librariae perlu-
strationem didici. carmina enim tua varijs sententijs divisa
et multiplici metro insignita facile ostendunt, quantum ingenij
vigoris insit, quantumque valoris manus habeat et fugientes
Camenas revocare possis. Sed quando haec insignare solet, a
potioribus curis retractus, nobis magna argumenti vis ani-
mum excitat, plus etiam in reliquo tuo labore quam frontispi-
cio pollicentis. acclamando ergo tibi ne mox fore initio, ut
habilitatem dam reipublicae commodis dimidere pergat; quinon
ignorat Coryphaeos nostros raptu letali hinc inde exani-
mari; et nisi pauculi aliquot de subsidijs adsint solitudi-
nem ... occupare. Felicem unum de abrupto praesidium tibi
pateat; ne dum ad magna te genius vocat, in parum ...
... sequaciam oblinet. Nam quod temporis quidam se ab ...
bare gestiunt, male rebus suis cauti sunt. Quamvis et
divinae virgulae affluentiam ignaviâ conculcant et luto
sedentario aspersi, vix eluendas maculas domum referunt.
Nam quantum est Cerdonum rictu laudari? quantum vulgi
oculorum singultibus demulceri, ubi dignior laudis materia in
eruditorum Orchestrâ speciari potest? neque enim omnia ab
antiquis obsessa fatemur; varij saltus aperti sunt quibus
ad luculentam hederam prorumpi licet. quin oculos dispendere
si libet, in seculis nobis maior laus surgit, quam illis
sabinae maiestatis coaedificarunt. quin ictis horret multa
deesse experiens, si naturae foecunditatem nullo seculo
parturire cessantis, admiremur. Haec tibi Cl.me Hu-
geni, in amoris exordium dicendum volui, ut tibi frontem
commasculares, ne in doctorum coetu languores pastos ex-
plicares. Tenellos vero ingenio, tua abundantia irrigare
pergas, si hederâ laude insigniri avet. Me vero alloquio
dignum si habebis id mihi magni augurij instar erit, in
penitiorem enim te rationem aliquando me promoveri posse spes
certa inculcat. quipeter cui intercessaria amicitiae tanto
intamento vendicari solet, prodendus non videor. Vale Cl.me
Hugeni, et me otij tuis amicum amare digneris. Amsteld.
XV. Cal. Novemb. ∞.IↃC.XXV.

Tuus Petrus Gruterus Medicus

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Gruter) 1
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/292

Eerwerden voorsie-
nigen heere Constan-
tinus Hugens Secre-
tarius vanden Prince
van Orangien etc. Inde

Hage

port
0. 86. 25.

ACAD.
LUGD. BAT.
BIBL.